



123

# ERCTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS ET CONSI- LIUM PERPETUUM.




Væ non dicam ἀταξία, sed corruptiones, sed contagiosi morbi Academiæ Germaniæ plerasquæ vel currente duntaxat seculo invaserint, seculi theatra canunt & utinam in posterum quoque tibiis apertis non decantent. Serius quidem Academiæ accepit Germania, tarditas tamen bonitate quondam fuit compensata, tot Viris doctis summo & imo loco natis ex iisdem velut ex equo Trojano productis, quorum scientiâ illuminaretur & gubernaretur orbis, Ecclesiæ ac Scholæ fulcirentur. Invidit ipsi felicitatem hanc hostis humani generis ἀσπρονδῶ, & sua Zizania, quæ prius crevisse, quàm crescere deprehensa fuerunt, PENNALISMI detestando nomine hæcenus circumlata per agros Academicos, Ecclesiæ & Reipubl. seminaria, longè lateque sparsit. A vilipendio recens in Academiæ ingressorum ad vexationes & illusiones, à vexationibus & illusionibus ad pecuniarum sub variis titulis exactiones, ab exactionibus hæc ad existimationis & famæ læsiones, ab his ad deformia servitia etiam honesto loco natorum, tandemque ad insidias adversus ipsum Magistratum, cui clavum quibuscunque tandem artibus nationes, nationum Seniores, fiscos constituendo ex manibus extorquere, consilia ceperunt frena mordentes, malum hoc prorepit. In delatos & convictos utut animadverterit Magistratus, ex Academia una fugerunt in alteram, per literarum consortium & Academiarum consensum suas artes stabiliverunt, ut, qui vel hiscere adversus injurias illatas, aut ad Magistratum vel tantillum referre ausus fuit, eundem suâ quidem opinione infamem fecerint, & ubi ubi pedem fixit, aut in maleferiatos ejusmodi homines incidit veluti caput devotissimum quibusvis modis & mediis persecuti fuerint. Nexu prorsus indivulso malum hoc comitata fuit summa levitas, quæ vexationibus hominum sui ordinis contenta non fuit, sed fimbrias ulterius protulit, & in homines alterius ordinis & sexûs grassata fuit. In spem quidem bonam erigebamur, cum ad nos perlatum esset, in ipsis quoque Comitibus Imperialibus, quomodo medicina fieri posset huic malo inveterato & propemodum desperato, consilium initum, ut, quod per consensum Academiarum [vel potius eorum, qui studiorum gratiâ vixerunt in Academiis] fuerat introductum, per consensum earundem exterminaretur: Verùm cum ea ipsa de re delinquentem unum, vel alterum moneremus, tantum abfuit, ut ad meliorem frugem se receperint, ut protervius nunquam in Magistratum insultaverint. Vixit hæc per annum & quod paululum excurrit GODOFREDUS BLANCKENFELD Regiontanus Borussus, qui licet ipse vix ex ovo, quod dicitur, eruperat non satis duxit flagitiis pluribus innotescere, nisi & excelsâ manu adversus ipsum Magistratum insurgeret, & exemplo suo alios ad gemella patranda invitaret. Delatus apud nos fuit, quod fortunæ aleam secum subire Neophytos compulerit, & cum pecuniâ paratâ satisfacere non possent, vestes & libros eorum pignoris loco retinuerit. Insolentiam ipsius verbis & factis in loco judicii declaratam latere patimur, ut pallium & librum retentum apud Magistratum deponat, jubetur: dicto minus audit. Programmata publico propter contumaciam ad carcerem citatur: cæno programma istud publicum & Academiæ sigillum sanctum & in sancto loco affixum, quod famosi libelli nomine salutavit, conspergit & conspurcat Maeste tuis vitiis! Sed, heus, ne facinus hoc horrendum impune feras & aliis ulterius offendiculo sis, TE

## GODOFREDE BLANCKENFELD

Immemorem juramenti tui ex hac Academia & sacris Musarum in perpetuum excludimus præcipientes, ut hoc ipso die, priusquam Sol aboriat, te hinc amoveas, nec pedem nisi pœnam in statutis expressam incurere velis, unquam huic loco inferas. Nec dubitamus, locorum, ubi ortum traxerunt, aut sedem fortunarum habent Relegati, DOMINOS Academiis auxiliatrices manus in his ipsis animadversionibus porrecturos. Cæteri qui frugi sunt, aut oculum ad metam præfixam convertunt, in hoc exemplum intueantur, & ne contagio maiorum iisdem, vel similibus pœnis afficiendorum assententur, omnibus modis caveant. P. P. XI. die Junii, Anno M DC LIV.





123

# ERCTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS ET CONSI-



crescere deprehensa fuerunt, PENNALISMI detestando nomine haftenus circumlata per agros Academicos, Ecclesiae & Reipubl, seminaria, longè lateqve sparsit. A vilipendio recens in Academiis ingresforum ad vexationes & illusiones, à vexationibus & illusionibus ad pecuniarum sub variis titulis exactiones, ab exactionibus hisce ad existimationis & famæ lésiones, ab his ad deformia servitia etiam honesto loco natorum, tandemqve ad insidias adversus ipsum Magistratum, cui clavum quibuscunqve tandem artibus nationes, nationum Seniores, fiscos constituendo ex manibus extorquere, consilia ceperunt frena mordentes, malum hoc prorepsit. In delatos & convictos utut animadverterit Magistratus, ex Academia una fugerunt in alteram, per literarum confortium & Academiarum consensum suas artes stabiliverunt, ut, qui vel hiscere adversus injurias illatas, aut ad Magistratum vel tantillum referre ausus fuit, eundem suâ quidem opinione infamem fecerint, &, ubi ubi pedem fixit, aut in maleferiatos ejusmodi homines incidit veluti caput devotissimum quibusvis modis & mediis persecuti fuerint. Nexu prorsus indivulso malum hoc comitata fuit summa levitas, quæ vexationibus hominum sui ordinis contenta non fuit, sed fimbrias ulterius protulit, & in homines alterius ordinis & sexûs grassata fuit. In spem quidem bonam erigebamur, cum ad nos perlatum esset, in ipsis quoque Comitibus Imperialibus, quomodo medicina fieri posset huic malo inveterato & propemodum desperato, consilium initum, ut, quod per consensum Academiarum [vel potius eorum, qui studiorum gratiâ vixerunt in Academiis] fuerat introductum, per consensum earundem exterminaretur: Verùm cum ea ipsa de re delinquentem unum, vel alterum moneremus, tantum abfuit, ut ad meliorem frugem se receperint, ut protervius nunquam in Magistratum insultaverint. Vixit hîc per annum & quod paululum excurrit **GODOFREDUS BLANCKENFELD** Regiomontanus Borussus, qui licet ipse vix ex ovo, quod dicitur, eruperat non satis duxit flagitiis pluribus innotescere, nisi & excelsâ manu adversus ipsum Magistratum insurgeret, & exemplo suo alios ad gemella patranda invitaret. Delatus apud nos fuit, quod fortunæ aleam secum subire Neophytos compulerit, & cum pecuniâ paratâ satisfacere non possent, vestes & libros eorum pignoris loco retinuerit. Insolentiam ipsius verbis & factis in loco iudicii declaratam latere patimur, ut pallium & librum retentum apud Magistratum deponat, jubetur: dicto minus audit. Programmata publico propter contumaciam ad carcerem citatur: cœno programma istud publicum & Academiæ sigillum sanctum & in sancto loco affixum, quod famosi libelli nomine salutavit, conspergit & conspurcat Maeste tuis vitiis! Sed, heus, ne facinus hoc horrendum impune feras & aliis ulterius offenculo sis, T E

## GODOFREDE BLANCKENFELD

Immemorem juramenti tui ex hac Academia & sacris Musarum in perpetuum excludimus præcipientes, ut hoc ipso die, priusquam Sol aboriat, te hinc amoveas, nec pedem nisi pœnam in statutis expressam incurere velis, unquam huic loco inferas. Nec dubitamus, locorum, ubi ortum traxerunt, aut sedem fortunarum habent Relegati, DOMINOS Academiis auxiliatrices manus in his ipsis animadversionibus porrecturos. Cæteri qui frugi sunt, aut oculum ad metam præfixam convertunt, in hoc exemplum intueantur, & ne contagio malorum iisdem, vel similibus pœnis afficiendorum afflentur, omnibus modis caveant. P. P. XI. die Junii, Anno M DC LIV.

28